

nationis causa mancipio accepit | M. Herennius Agricola de T. Flavio | Artemidoro $\bar{\text{II}}\text{S}$ n. 1², libripende M. | Herennio Iusto, antestatus est Ti. | Iulium Erotem, inque vacuum | possessionem earum ollarum | et cinerarium T. Flavius Artemidorus Herennio Agricole (*sic*) ire | aut mittere ossaque inferre permisit, sacrumque quotiens face[re] vellit Herennius Agricola | heredesve eius permisit, clavisve (*sic*)³ | eius monumenti potestatem facturum se dixit, dolumque malum | huic rei abesse afuturumque | se⁴. Haec recte dari fieri praestarique stipulatus est M. Herennius | Agricola, spepondit T. Flavius | Artemidorus. Act.⁵ XVIII k. Ianuar. | C. Calpurnio Flacco L. Trebio | Germano cos.⁶

Romae rep. extra portam Salariam, est Londinii (VI 10244 vidit Huebner).
— 1) Cf. VI 14949: chirographo continetur. — 2) Sestertio nummo uno (cf. supra N. 7343). — 3) Scr. clavisque. — 4) Scr. esse. — 5) Actum. — 6) Par consulum praeterea ignotum (alter videtur memorari Dig. 29, 3, 14).

7913 dis manibus | Publiliae Philetas C. | Publius Philetus pater | locum in quo posita est et | columbaria XII, in quibus | ollae virgines n. XXIII in | manibus¹ in monumento pariet. | sinisteriori, ita ut mancipatio | continet, et sibi et suis posterisque | eorum.

Romae (VI 23492 fortasse semel tantum descripta saec. XVII). — 1) Non intellegitur.

7914 C. Tull. Erotis | circa aediculam | ollae numero XXIII, | quae sunt operculis | et titulis marmoreis, | item hoc pariete ollae | numero XIII, quae | sunt operculis et | titulis marmoreis | . . . pro parte III¹ | [*funt ollae numer*]o XXXVII.

Romae ut videtur rep., est Aquilae (VI 27731 vidit Dressel). — 1) Quarta.

7915 d. m. | Blastus Aug. lib. tabularius fecit aedicias | tres intrantibus dext[er]iore parte a pariete iunctas duas et tertia, in qua titulus fixus est s[ibi] et | suis l. libertabusque posterisque | eorum.

7916 M. Aemilius Flaccus | vendidit L. Aurario | Philagro ollas duas | gradu tertio ab imo.

7917^a Sotericus arc. | Aug. Caes. Lucer.¹ | empt. de Pinario Rufo² | ol. quae fuit Porci | Philargyri.

7917^b Q. Dellius Q. l. | Rufo — Dellia | Nebris v. a. XIX³ — | emit de L. Pinario | Rufo² quod fuit iuris L. Viriasi | Lali.

7917^c L. Veturi Zophrus (*sic*)⁴. | L. Pinarius Rufus | dedit ol. I quae fuit | L. Viriasi Lali.

7917^d Q. Mudasenus Q. l. Eros | emit de L. Aufidio | Apollonio iuris | monumenti.

7917^e L. Cornelius L. l. Regillus | ollam legavit | M. Valerio M. l. Frontoni.

Romae in monumento columbariorum detecto in vinea Codini a. 1840, noto sub nomine columbarii viae Codinae primi (cf. ad N. 7879—7881), de quo cf. C. I. L.